Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift



xpi nomini incipiunt explanationum in esaia prophetam libri numero xiiii hieronimi presbiteri

Expletis longo uix tempore iii xii prophetis xx explanationum libris in danihele commentarii cogis me uirgo xpi eustochium transire ad isaiam atque matri tuae paulae dum uiueret pollicitus sum tibi reddere. Quod quidem eruditissimo uiro fili tuo pammachio permisisse memini. Cumque in affectu par sis uincas presentia. Itaque tibi et illi pro reddo quod debeo obediens xpi preceptis qui ait: Scrutamini scripturas et quaerite et inuenietis. Ne illud audiam cum iudeis. Errantes nescientes scripturas neque uirtutem dei. Si enim iuxta aplm paulum xpe dei uirtus et dei sapientia et qui nescit scripturas nescit dei uirtutem eique sapientiam. Ignoratio scripturarum ignoratio xpi est. Unde omnium tuarum fultus auxilio quae diebus ac noctibus in dei lege meditaris et templum es spiritus sancti uiuitabor patrem familias qui de thesauro suo profert noua et uetera et sponsam dicentem in cantico canticorum: Noua et uetera fratruelis mis seruauit tibi. Sicque exponam esaiam ut illum non solum prophetam sed euangelistam et aplm doceam. Ipse enim de se et de ceteris euangelistis ait: Quam speciosi pedes euangelizantium bona euangelizantium pacem. Et ad ipsum qui si ad aplm loquitur dicens: Quem mittam et qis ibit ad pplm istum. Et ille respondit: ecce ego mitte me. Nullusque putet me uoluisse illi argumentum breui cupiens sermone comprehendere cum universa diuina eramita presens scriptura contineat. Etiam natum de uirgine et emanuhel quam inlustrium parator operum atque signorum mortuus ac sepultus et resurgens

214